

bus illarum parcium commisimus, quatenus statim acceptis presentibus ad
 que nos in presenciarum pro conseruacione eiusdem castri per vos et
 alios larum parcium interiorum dari et imponi commisimus, sine
 omni vltiori as pro defensione eiusdem Regni te-
 nere et alere debetis, aut adminus ingentos equites mittere, ac
 huiusmodi victualia, vna cum aliorum eos ad conductionem
 ipsam mitti iussimus vsque ad idem castrum omnibus debeatis.
 Et aliud in quantum hoc et illud Regnum et vos omnes ali futuro peri-
 culo preseruari cupitis, in hoc nulla ratione facere audeatis. Datum Bude feria
 proxima ante Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini Millesimo Quingente-
 simo primo.

(*Sigillum Regium appressum.*)

Orig. in Archivo Regni Croatiae. Priv. N. 112.

CLXIX.

Anno 1501. die 25. Maji. Budae.

Vladislaus Rex contra violentam in Regno Slavoniae ab-
 ductionem Jobagionum dispositionem facit.

Commissio propria Domini Regis.

Wladislaus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie &c. Fidelibus nostris
 Magnificis ac Egregiis, et Vniuersitati Nobilium et Regnicolarum Regni nostri
 Sclauonie salutem et grariam. Superioribus temporibus commiseramus fidelita-
 tibus vestris, vt ex quo in illo Regno nostro propter damnablem illam et per-
 niciosam consuetudinem violente et nocturnalis abductionis Jobagionum multe ho-
 minum interempciones atque hostilitates plurimaque dampna et alia nocumentorum
 genera in altervtrum committantur, vt in vno die conuencionis siue Congregacio-
 nis vestre super huiusmodi dampnosa et nociua Jobagionum abductione inter vos
 tractaretis, et provt melius visum foret, in abolicione huiusmodi detestande con-
 suetudinis pro vltiori quiete vestra viam reperiretis; et provt vobis melius vi-
 sum fieret, id in formam articulorum redigeretis et Maiestati nostre trans mitte-
 retis. Super quo nos postea cum dominis Prelatis et Baronibus, qui bona in illo
 Regno nostro habent, tractaremus, et si huiusmodi via et modus honestus ac
 conducibilis pro communi bono vestro esset, illum acceptaremus et per litteras no-
 stras etiam confirmaremus. Nunc vero ex relatibus nunciorum et fratrum vestro-